SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: De Christo Jesu, Beneficiis Et Laudibus Eius, Aliquot Christianae reliquiae veter
Ort: Lipsiae
Jahr: 1652
Kollektion: DigiWunschbuch; VD17-Mainstream
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN690003765
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN690003765
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=690003765

LOG Id: LOG_0005
LOG Titel: Merobaudis Hispani Scholastici Carmen De Christo
LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

MEROBAUDIS HISPANI SCHOLASTICI
Carmen De Christo.

PRoles vera Dei, cunctisq; antiqvior annis,
Nunc genitus qvi ſemper eras, lucisq; repertor,
Ante tuæ matrisq; parens, qvem miſit ab aſtris
Æqvævus genitor, verbiq; in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis artus
Juſſit inire vias, parvaq; in ſede morari,
Qvem ſedes non ulla capit: qvi lumine primo
Vidiſti qvicqvid mundo naſcente creares,
Ipſe opifex, opus ipſe tui dignatus iniqvos
Ætatis ſentire vices, & corporis hujus
Diſſimiles perferre modos, hominemq; ſubire,
Ut poſſis monſtrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varii ſolertia mundi,
Pectora tam multis ſineret mortalia ſeclis.
Auctorem ſcivere Deum te, conſcia partus
Mater, & attoniti pecudum ſenſere timores:
Te nova ſollicito luſtrantes ſidera viſa
In cælo videre prius, lumenq; ſecuti
Invenêre Magi: tu noxia pectora ſolvis,
Elapſasq; animas in corpora juncta reducis,
Mundus & ad manes penetras, mortisq; latebras
Immortalis adis, tibi tantùm non fuit uni
Principium finisve mori, ſed nocte refuſa
In cælum ad Patrem ſcandis, rurſusq; perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu ſolus Patrisq; comes, tu Spiritus inſons,
Et toties unus, tripliciq; in lumine ſimplex.
Qvis niſi pro cunctis, alius qvis credere poſſit
Te potuiſſe mori, poteras qvi reddere vitam?

NOTA

NOTA.

Ut haſce duas columellas compleremus, viſum eſt Dn. FABRICII plantas premere, qvi cùm præmiſſum jam LACTANTII Carmen de *beneficiis CHRISTI, pag. 762.* abſolviſſet, ſtatim p. 763. *in Poët. Chriſtianorum opuſculis* hoc MEROBAUDIS metrum de Chriſto, ex OPORINI libro antiqvo transſcriptum ſubdidit; vel quod congenerem & pari ferè ſpiritu tractaret materiam, vel etiam qvod fortaſſe coævi eſſent, Nam & ſic INCERTI de laudibus Domini verſus huic ibidem combinavit, qvem in Auctorum indiculo Chronologico, ſub Conſtantino Imp. unà cum Firmiano vixiſſe voluerat, circa annum Chriſti CCCXXXII. Et ſanè haud de nihilo eſt, qvod idem rurſus in indice Comment. ad Poët. Chriſt. notavit, *FL. Merobaudis bis-Conſulis, mentionem fieri in Faſtis Conſularibꝰ Romanorũ*, Anno videl. Chriſti CCCLXXVII. ubi cum Imperatore Gratiano regnavit, & anno CCCLXXXIII. cum Fl. Saturnino, Pontifice tum exiſtente *Damaſo*. In cujus Elogiis & Epitaphiis habetur XIII. (ut à nobis ſunt edita) cum tali ſubſcriptione: DEPOSIT. III. KAL. JAN. FL. MEROBAUDE II. Et FL. SATURNINO. COSS. Qvi cum in Faſtis *Contii* MEROBALDUS & SATURNINUS vocarentur, *Steph. Claverius* emendandum illius nomẽ cenſuit, citra tamen neceſſitatem. Nam idẽ utumqꝫ nomen eſt, priore qvidẽ pacto meliꝰ pronunciationi Gallicanæ vel etiam Romanæ adaptatum, qvod Gallus ille neſcire neqvibat, certè non debebat.

V. 9. *Ipſe Opifex opus ipſe tui,*] Andreas Orator:
Fit Fabricator opus.

Ibid. *Dignatꝰ iniqvas Ætatis ſervire vices.*] non *iniqvos.*

INCER-